



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

Kinckius, Matthias

Coloniæ, 1662

De vasculo venerabilis Sacramenti seu ciborio,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

in Monstrantia super Altare expositum est, contingat fieri Concionem, interim velo cooperiatur Venerabile Sacramen- tum, nisi Concionator sit apud Altare.

DE VASCULO VENERABILIS SA-
cramenti, quam Pyxidem vocant.

In Vasculum, quod perpetuo quasi in Ecclesia ac Tabernaculo residere debet (quippe in quo Eucharistia pro fidelium adoratione, & quotidiani p̄muni- cantium usu semper est asservanda) non immittatur Venerabile Sacramentum, nisi illud prius ab Episcopo sit consecra- tum.

Si qui possunt & volunt, intercisa Corporalia, & in formam Pyxidis cōsu- ta, bene lota, & amido paululū robora- ta, intra dictum Vasculum accommoda- re, dummodo id decenter fiat, non prohibetur

Præter hoc autem solum omnia alia, quæcumque tandem illa sunt, à Pyxide removenda sunt, ut Bombyz, Papyrus, Sericum, &c. Quæ inani quidam & fa- tua devotione supponere solent Sacra- mento; ac deinde involuta alia Bomby-

H § ee,

ee, ferro, vel plumbo, serico cooperire,
& premere; quæ res piis omnibus indig-
na meritò videri potest.

Vasculum seu Ciborium illud, in quo
sacra Communio ad infirmos deferrisi so-
let, alia scilicet Pyxis à supradicta, non
in Tabernaculo, sed in Sacristia, unà cū
sacris Calicibus asservetur, & tum de-
mum producatur, quando ad dictos in-
firmos cum Venerabili Sacramento eur-
dum erit.

D E I R U D A L I C I B V S.

Calices rimam quamvis minimam, &
notabilem inflexionem, quam dum ca-
dunt, vel allidunt, contrahunt, peni-
tus habeant nullam.

Magna porrò adhibenda est diligen-
tia, ut mundi & nitidi conserventur.
Unde Parochorum seu Prælatorum cu-
ra & providentia, singulis annis, bis ter-
vè lavabuntur. Hæc autem ablutio à
Sacerdote, Diacono vel Subdiacono
(quibus solis nudis manibus, nudos Ca-
lices tractare concessum est) hoc modo
commodissime, & sine auri argenteive
jaetura fieri potest.

Primo, unà cum Patenis immergantur

19